

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Humilitas ar
cum fonte primo

Nulla modo poterit in anima nostra uirtutum structura consurgere,
nisi prius iactata fuerint uere humilitatis in corde nostro fundamenta,
que firmissime collocata perfectionis et caritatis culmen ualeant sustinere.

Iohannes Cassianus libro XII. de spiritu superbie.

nullo enim modo poterit in anima nostra uirtutum structura consurgere,
nisi prius iactata fuerint uerae humilitatis in nostro corde fundamenta,
quae firmissime collocata perfectionis et caritatis culmen ualeant sustinere,
ita scilicet,

ut quaemadmodum diximus primum fratribus nostris humilitatem ueram intimo cordis exhibeamus affectu,
in nullo scilicet adquiescentes eos contristare uel laedere.

Iohannes Cassianus, *De institutis coenobiorum*, 12.32.1 (CSEL 17, M. Petschenig ed., p.230, ll.2-8).